Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

227
6

GREGORII NAZANZENI THEOLOgi in Theophania, seu Natalem saluatoris nri oratio.

CHRISTVS nascitur gloriamini. CHRISTVS ex celo, occurrite. Christus sup terram, exaltemini, cantate dno omnis terra, et ut simul utraq; completur, letentur celi, et exultet terra, pp celestem, deinde etiam terrestre. CHRISTVS in carne, in tremore et gaudio exultate, tremore ob peccatum, gaudio pp spem. CHRISTVS ex Virgine, mulieres paradisiaca induite virginea, ut CHRISTI efficiamini matres. Quis non adoret primaeum? Quis no glorificet poschemum? iterq; soluunto tenebrae. rursq; lux oritur. iterum Aegyptiq; caligine plenitur. rursq; Israel columna illuminatur. Populus q sedebat in tenebris ignorantiae, videat lucem magnae scientiae. uetusta preierunt, ecce noua facta sunt omnia. Littera redit, spiritus prellit, umbrae disparent, Veritas ingreditur. Melchisedech adeunitur, matre carens absq; patre nascitur, sine matre prig, absq; patre posterig. Naturae leges soluuntur, mundus superior repleri oportet. CHRISTVS iubet ne reducamur, omnes gentes manibus plaudite, quoniam puerulus natus e nobis, et filius datus est nobis, principatus ei sup humeru eius, in cruce.v. pariter attollitur, uocabitq; nomen eius, magni consilij patris nuncius. Proin clamet Ioannes, uiam preparate Dni, et ego dicitur exclamabo uirtutem, carne carens caro efficitur, uerbum crassescit, inuisibilis cernitur, impalpabilis circumscribitur, tempore carens incipit, Dei natus, hodie fit filius. IESVS CHRISTVS heri et hodie, ille idem et in secula, exibrent licet Iudaei